



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Decreta Anitij papæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](#)

consentiantur. Nō ergo grauius peccatum est fornicatio q̄ sacrilegiū, sed sicut maius est peccatum quod in deū cōmittit q̄ quod in hominē, sic grauius est sacrilegiū agere, q̄ fornicati, de talibus em̄ait apl's. Et vos inflati estis, & nō magis lucretū habuistis vt tollat de medio vestigia, q̄ hoc op̄ fecit. Ego quidē absens corpore, præsens aut spū iā iudicauit, vt p̄sens eū q̄ sic operatus est in noīe dñi nostri Iesu Christi, cōgregatis vobis & meo spū in virtute dñi nostri Iesu Christi hm̄oi tradere Satanæ in interitū carnis, vt spū saluus sit in die dñi nostri Iesu Christi. Nō bona glio riatio vestra. Nescitis qa modicū fermentū totā massam corrūpit? Expurgate (inq̄t apl's) ve tū fermentū, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostra immolatus est Christus. Ita q̄ epulemur. Nō in fermēto veteri, neq̄ in fermento malicie, & nequitie, sed in azymis synceritatis & veritatis. ¶ Scripti vobis in epistola (ait idē ipse apostolus) ne cōmiseri amini fornicarijs, nō vtq; fornicarijs huius mūdi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus. Alioquin debueratis de hoc mūdo exisse. Nūc aut̄ scripti vobis nō cōmiseri. Si qs aut̄ frater noīatus est fornicator, aut auarus, aut idolis seruens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rā pax, cū hm̄oi nec cibū sumere. Quid em̄ mihi de his q̄ foris sunt iudicare? Nōne de his q̄ intus sunt vos iudicatis? Nā eos q̄ foris sunt deus iudicabit. Auferte maltū ex vobisip̄pis. Audet aliquis vestrū, habēs negotiū aduersus alterā iudicari apud iniquos & nō apud sanctos? An nescitis quoniā sancti dei de mūdo iudicabunt? Et si in vobis iudicabit mādus, indigni estis quidē vt de minimis iudicetis, nescitis quoniā angelos iudicabimus? Quāto magis secularia? Secularia igit̄ iudicia si habueritis cōtemptibiles q̄ sunt in ecclesia illos cōstituite ad iudicādum. Ad verecundiā vestrā dico, sic nō est inter vos sapiens quisq; q̄ possit iudicare fratrem suū, sed frater cū fratre iudicio cōtendit, & hoc apud infideles. Iā quidē oīno delictū est in vobis q̄ iudicia habetis inter vos. Quare nō magis iniuriā accipitis? Quare non magis fraudē patimini? Sed vos iniuriā facitis & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis qa iniqui regnū dei nō possidebūt? Nolite errare, Neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neque masculoz, cōcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnū dei possidebūt. Et hec quidē fuitis, sed ablutū estis, & sanctificati estis, in noīe dñi nostri Iesu Christi, & in spū dei nr̄i. ¶ De cætero salua in oībus apostolica autoritate que cūq; sunt ad religionis obseruatiā p̄tinētiā locis suis & à sua diocēseos synodis audiant. Et si qs sacerdotum vel reliq; clericoz suo ep̄o iobedies fuerit, aut ifidias ei parauerit, aut cōtumeliam, aut calūniam, & cōuinci potuerit, mox curia tradat. Qui aut̄ facit iniuriā, recipiat hoc qđ iniq̄ gessit. Corru punct enim mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti & nolite peccare. Data Idus Martij, Claro & Seuero. IIII. CC. concess.

## Encipiunt decreta Anitij pape. De ordinatione

archiepiscoporum & reliquorum episcoporum, Et de appellationibus mi-

Anno, 154  
imp. Lucio  
Avro. Lō  
modo

norum ad maiorum sedes, vel ad Romanam ecclesiam.



Nitius viuieris ecclesiis per Galliāe prouincias cōstitutis, in dño sa-  
lute. Bonoz operz & spūliū studiog; deū autorem esse nō dubium  
est, q̄ bonoz hominū incitat mentes & adiuuat actiōes, quod nobis  
evidenter apparuit, cū inter longinqua spacia regionū vnde corda  
vestra senferūt consiliū & q̄ desiderabatis responsa nō vnius, sed plu-  
rimoz epistolaz intimarunt. De ordinationibus vero episcopoz su-  
per quibus nos cōsulere voluistis, olim in sancti p̄decessorū nostri  
Anacleti ordinatiōibus que dā iā decreta repetimus. Scimus em̄ be-  
tissimū Iacobū q̄ dicebat iustus, qui etiā se cūdū carnē frater dñi nun-  
cupatus est, à Petro, Iacobo & Iohanne apostolis Hierosolymorum  
episcopū esse ordinatū. Si aut̄ non minus q̄ à tribus apostoliz tātū vir fuit ordinatus ep̄s, patet  
profecto eos formā instituente dño tradidisse, non à minus q̄ à tribus episcopis episcopū or-  
dinari debere. Sed crescēte numero episcopoz, nisi necessitas interuenerit, debent etiā plures  
augeri. i. si archiep̄s dīc obierit, & alter ordinādus archiep̄s electus fuerit, oēs eiusdē prouin-  
ciā ep̄i ad sedē metropoleos cōueniant, vt ab oībus ipse ordinet. ¶ Oportet aut̄ vt ipse q̄ illis  
oībus præsie debet ab oībus illis eligat & ordinet. Reliqui vero prouinciales ep̄i, si necesse fu-  
erit cæteris cōsentientibus à tribus iussu archiepiscopi consecrari possint episcopi. Sed melius  
est si ipse cū oībus eū qui dignus est elegerit & cuncti pariter sacrauerint pontificem. Et licet  
istud necessitate cogente cōcessum sit, illud th̄ quod de archiepiscopi consecratione p̄dictū  
est, atq; præceptū, id est, vt omnes suffraganei eū ordinent, nullatenus immutari licet, quia q̄  
illis præst, ab omnibus episcopis quibus præst debet constitui. Sin aliter præsumptū fuerit,  
viribus carere non dubiū est, quia irrita erit eius secus acta ordinatio, ipse autem archiepisco-

E 2 pus

## Decreta Sotheris pape

pus nihil de eoz causis, aut de alijs cōmunitibus iuxta statuta apostolorū absq; cunctoꝝ illorū agat consilio, nec illi, nisi quantū ad proprias parrochias pertinet sine suo, qm̄ tali gaudet cō cordia altissimus & gloriāt in membris suis. Nulli archiep̄i primates vocent, nisi illi q̄ primas tenent ciuitates, quaz epos apostoli & successores apostolorū regulariter patriarchas & pri mates esse cōstituerūt, nisi aliqua gens deinceps ad fidē cōuertat, cui necesse sit propter multitudinē eoꝝ primatē constitui. Reliqui vero q̄ alias metropolitanas sedes adepti sunt nō primates, sed metropolitani noīent. ¶ Si aut̄ aliquis metropolitanus inflatus fuerit, & sine oīm cōprovincialiū p̄fentia vel consilio ep̄oꝝ, aut eoꝝ, aut alias causas, nisi eastantū q̄ ad propriā suā parrochiā pertinēt, agere, aut eos grauare voluerit, ab oībus districte corrigat, ne talia de inceps p̄sumere audeat. Si vero incorrigibilis, eisq; inobedient̄ apparuerit, ad hanc apostolicā sedē (cui oīa ep̄oꝝ iudicia terminata p̄cepta sunt) eius contumacia referat, vt vindicta de eo fiat, & ceteri timore habeat. Si aut̄ propter nimia longinquitatē, aut tr̄pis incōmoditatē, velitineris asperitatē, graue ad hanc sedē eius causam deferre fuerit, tūc ad eius primatē causa deferratur, & penes ipsum huius sancta sedis autoritate iudicet. Similiter si aliqꝝ ep̄oꝝ metropolitanū suspeccū habuerit, apud primatē dioceseos, aut apud hanc apostolicā sedem audiatur.

D ¶ Qui maior est vestrū secūdū dñicā iussionē, sit vester minister, & q̄to maior es, in oībus humilia teipsum. Charissimi, nolite inter vos cōtendere, nec quārat aliquis maior esse, sed iuxta aplm. Diligit eis oīs q̄ charitas ex deo est, & oīs q̄ diligit, ex deo natus est, & cognoscit dñm. Qui nō diligit, nō nouit dñū, qm̄ deus charitas est. ¶ Pascite (inqt princeps apostolorū) q̄ in vobis est gregē dei, prouidētes nō coacte, sed spontanee secūdū dñū, neq; turpis lucri gratia, sed voluntarie. Neq; vt dominatē in cleris, sed forma facti gregi ex aio. Et cū apparuerit princeps pastoꝝ, percipiatis immarcessibilē gloriae coronā. Et iuxta aliū aplm. Fratres memores estote verboꝝ q̄ pr̄dicta sunt ab apostolis Iesu Christi q̄ dicebāt vobis, qm̄ in nouissimo tr̄pe veniēt illūsores secūdū desideria ambulātes impietū. Hi sunt q̄ segregat semetiplos aīales, spiritū nō habētes. Vos aut̄ charissimi superādificantes vosmetiplos sanctissimā vestre fidei in spū sancto orantes, ip̄fios vos in dilectione dei seruate, expectantes misericordiā dñi nostri Iesu Christi in vitā eternā. Et hos quidē arguite iudicantes, illos vero seruate de igne recipientes. Alijs aut̄ miseremini in timore odientes eā q̄ carnalis est maculatā tunica, prohibete fratres p̄ vniuersas regionū vestras ecclias, vt clerici q̄ laicis & simplicibus, virtutis, honestatis, pudicitiae & grauitatis exēplarē debet ac seipsoſ tāq̄ signū purioris vīte rudiōribus ad imitationē prudēter exhibere, iuxta apostolū, comā non nutrit, sed desuper caput in modū sperā radant, q̄a sicut discreti debet esse in cōversatione, ita & in tonsura & omni habitu discreti debet apparere. Hęc vobis fratres vt petitis custodienda mittimus, & custodire pr̄cipimus, vt in nocte Iesu omne genu flectat, cœlestiū, terrestriū, & infernoꝝ, & oīs lingua confitetur, quia dñs Iesus Christus in gloria est dei p̄ris, cui honor & imperiū per eterna secula. Data octauo Calend. Iunij, Galliano & Rufino consulibus.

Anno dñi,  
158, ēp̄oꝝ  
Antonij  
Comodi,

E **S**encipiant Decreta Sotheris pape. De fide.  
Other apostolicæ sedis archiepiscopus, Campanis oībus salutē in dño. Gaudere vos oportet fratres, q̄ diuina largiente gratia familiares dñi vocamini, eius sacerdotij dignitate fungimini. Nunc aut̄ rogo vos vt circa plebes vobis cōmissas laborare dignemini, & fructuosos manipulos dñi reportare nitamini. ¶ Paulus em̄ apostolus de fide ita loquit, dicens. Quod ante promiserat, ait per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo q̄ factus est ei ex semine Dauid, secundū carnē. Itē ipse ad Galatas. Postq; autem venit plenitudo temporis, misit deus filiū sūlū ex muliere factū, & factū sub lege. Et ad Philippenses, in similitudinē hominū factus & habitu inuentus vt homo. Et in psalmo tricesimo. Infirmitas est in paupertate virtus mea, & ossa mea cōturbata sunt, & super inimicos meos factus sum opprobrium. Itē ibi. Oblivioni datus sum tanq̄ mortuus à corde. Factus sum tanq̄ vas perditū. Et in septuagesimo. Tanq̄ prodigiū factus sum multis, & tu adiutor fortis. Et in septuagesimo secūdo. Ut iumētū factus sum apud te, & ego semper tecum. Et in septuagesimo sexto. Mater Sion dicet homo, & homo natus ē in ea, & ipse fundauit eā altissimus. Et in septuagesimo septimo. Factus sum sicut homo sine ad iutorio inter mortuos liber. Et in centesimo octavo. Et factus sum illis opprobriū, viderunt me, & mōuerunt capita sua. Et in centesimo primo. Vigilauit & factus sum sicut passus solitari in tecto. Et in euangelio. Verbū caro factum est, & habitauit in nobis. ¶ Filius igitur secundū carnē dicitur factus. Nam secundū diuinitatem à patre nusq; dicitur factus, sed genitus, dum em̄ pater loquit fili⁹ logi, et cū filius loquitur patre in illo esse loquentē documentis cœlestibus comprobatur Paulo apostolo attestante, qui ait. Multis partibus multisq; modis oīm deus